



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

14. Dies Octobris. Nemo quærat efficientem causam voluntatis malæ, non  
efficiens, sed deficiens. S. Augustinus lib. 2. de civ. Dei.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

816      *Christiani Militis*      Octob.  
electos, vel pauca è pio libello subindè legere. Insufficit ad plenam animi libertatem, sedulò lectio  
vel unicus liber. Unde rem acutetigit, qui hocce  
cinit :

*Vestimenti liber, satis est vellectio libri.*

#### 14. DIES OCTOBRIS.

Nemo quærat efficientem causam voluntatis mala,  
non efficiens, sed deficiens. *S. Augustinus lib. 2.  
deciv. Dei.*

Volunta- I.  
tis Refor-  
matio.

**T**andem dicendo prolapsum  
mus ad palmare omnis bona  
& mali instrumentum ad illam  
animi facultatem, quæ quia in  
omnes ejus facultates summo pollet imperio, earum  
dem indigetur Regina. Hæc est Voluntas, in qua  
summa sit quidvis volendi, & nolendi, pro impe-  
rio potestas, & pro arbitrio libertas, illa una est,  
quæ nos manuducit ad Virtutem, vel ad Vitium, &  
quod inde sequitur ad salutem, vel exitium, ad  
cælum, vel ad orcum. Voluntas mala, licet parat  
omne malum, non tam est efficiens, quam de-  
ficiens : quia quod agit teste Augustino, non effi-  
cietio, sed defectio. Illa enim efficit, ut deficient  
omnes Virtutes. Illius ergò regendæ cura, non tan-  
tum debet esse summa, sed propè sola. Nam illius  
Voluntatis recta gubernatione, licet totam felicit-  
tis molem dirigere, machinas omnes miseriæ dire-  
re, & Fortunam immotant, raro miraculo, figere  
Mala quæ patimur sunt pluriina, quæ facimus maxi-  
ma. Plura sunt igitur mala, quam malorum remedia.  
Itaque singulis malis singula respondere nequeunt

phar-

Octob.

Tessera.

817

pharmacæ : quare opus est uno contrâ omnes animi  
morbos panchresto , quod non est aliud quàm bene  
ordinata Voluntas.

II. Aliâs perindè esset, ac si aliquis , cùm plueret,  
nudus in agrum prodiret, & nollet madefieri, sed sin-  
gulas speraret se posse gutas vitare. Pluunt in nos  
undique miseriæ : non tot inter torrentes imbræ,  
numerantur guttæ , quot inter homines æruminæ:  
non super nos roris more calamitates stillant, sed  
imbræ, inmò torrentis ritu, exundant. Igitur cùm non  
possimus fugere singulas, unum necesse habeamus  
præsidium , quo effugiamus universas. Ultimam is  
insaniret insaniam , qui exutus prodiret in aciem , &  
volantium telorum acies, ac plumborum glandium  
ictus omnes præsumeret effugere; quia unum vel  
alterum jactum eludere valeret. Thorace valido , a-  
heneo, inmò adamantino oporteret se munire , unde  
tela omnia obtunderentur. Nostra vita non modò  
est malitia , sed pugna; non modò bellum, sed præ-  
lium. Nisi pectus armeimus valido animo, imbelles  
in tam lubrito bello , exernes inter tot hostium ar-  
ma, oppriment modestiæ, obruent miseriæ; si non vi,  
certè numero. Quæcunque alia contra tot ægritudi-  
nes antidota , contra tot æruminas subsidia, non sunt  
tam valida , ut omnem miseriæ sottis iactum retun-  
dant; ut acutas Fortunæ, quas in nos evibrat clispides  
haberet. Tanta virtus solius Virtutis est , & Volunta-  
tis sua præ occupantis vota , suâ prudenter utentis  
potestate, & libertate.

III. Mirâ à Deo arte elaborata est nostra Volun-  
tas, cùm una sit, plus quàm omnia comprehendit.  
Æquæ arbitrium est voluntati cupere, ac odiſſe-

Pars III.

Fff

æquæ

et què ei licet gaudere carendo, ac possidendo. Dic  
Non est voluntati liberum, quidvis pro libitu habe  
re. Non abnuo, sed liberum est ei nolle habere  
jam verò peindè est habere, ac non velle. Compe  
dium cupiditatis, supplet omne impendium Forti  
æ. Levius est non acquirere, quam amittere  
quia ut nihil acquiras, nihil opus est labores: sed  
amittas, opus est & labore, & dolore; præcessit ut  
mittenda acquireres, labor, sequitur ob ea, qua  
quisiveris amissa, dolor. Deinde quod est perinde,  
facilius est carcere, & spernere, atque adeò nolle pro  
sequi, quam consequi. Ubi nostra prudentia? Cu  
non eligimus, quod est facilis, quod levius, si hoc  
non minus sit securum, magis fortunatum? Sem  
per manet semita aliqua, quæ paci, gaudio, felicitati  
pateat, si iter possidendi, quia anfractuosum, oc  
cluditur, via contemnendi est regia, & semper exp  
edita. Hippias nobilis Sophista, cum venit in certa  
mine olympico Pisam, nihil eorum, quæ secum tu  
lerat, aut emit, aut accepit: omnia ipse sibi propri  
paraverat manibus, calceamenta, vestes, pileum, or  
namenta, quibus non indutus modò, sed splendi  
dus fuit: interulam, tunicam, purpuramque domi  
fecerat, balteum Babylonicā picturā variegatum  
colorarat, annulum manus circulaverat, palam  
clauserat, sculpsérat: omnia sibi fuit, & textor, tu  
tor, sartor, aurifex. Non est quod invideat tot ar  
tes animus: omnia pensat artificium Voluntatis:  
omnia sibi non facit, sed donat. Quid exigitur ab  
ambitu ædium, ab amoenitate hortorum, ab affluen  
tia opum nisi gaudere: Hoc præstare potest Volun  
tas, sine tot adminiculis, si nolit omnia, perinde ell

Octob.  
lo. Dic  
oitu hab  
e habere  
Compe  
um For  
amittens  
es: sed  
essit ut  
a, quae  
perinde,  
olle pro  
ria? Cu  
ius, sibi  
n? Sem  
felicite  
sum, or  
per exp  
in certa  
ecum tu  
propr  
eum, or  
splendi  
que domi  
iegatum  
, palam  
tor, fu  
t tot at  
untatis  
gitur ad  
affluen  
Volun  
indē et  
acti

Tessera. 819  
ac si haberet omnia, juxta illud : (a) *Omnia habentes*  
*& nihil possidentes.*

*Cuncta ut possideas, fac nihil ut teneas.*

### 15. DIES OCTOB.

Magnum periculum est , ne cui licet facere quod  
vult, is velit quod non debet ? *Plutarchus depr.*  
*indoc.*

Volunta- I.  
tis pro-  
priæ abne-  
gatio.

**H**æc tessera sit licet Ethnici , e-  
rit tamen ad salutem Catho-  
lici , rectè observatum , & ad  
mores reductum . Ut sis tu  
victor , & tuorum affectuum triumphator , non suf-  
ficit renunties illicitæ voluptati , oportet & renun-  
tiare illicitæ voluntati . Quis sitiens si habeat calicem  
fictilem , & vacuum , non mallet habere aureum , &  
plenum generoso Massico ? Quis morbidus , & in-  
firmitate languidus , non mallet essa sanus , & ro-  
bore validus ? Quis mente hebes , & obtuso inge-  
nio bardus , nollet pollere intellectu Angelii , & inter  
Angelos Cherubini ? O væcors , imò excors ! cur non  
vis commutare tuam voluntatem insole brutam ,  
votis caducam , ægritudine infirmam , desideriis in-  
sanam , cum voluntate Dei , lætâ , fœlici , sacrosanctâ ?  
Sivelles intelligere ut Angelus , quod non potes ,  
cur non vis velle , ut Deus vult , quod potes ? Qui  
semel à sulco deliravit , vel à recto tramite aber-  
avit , quò magis incedit , hoc magis à meta viæ  
recedit ; quò plus festinat , plus & creat ; quò pro-  
perat celerius , eò à termino distat longius . Quan-  
tò magis hoc , aut illud eligis , ut gaudeas , & quies-  
cas , eò minus & gaudebis , & quietes ? cur ita ? Quia

(a) *Cor. 6.10.*

Fff 2

cc